



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De firma & irreuocabili concordatorum stabilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

Ultimò sufficeret intimatio facta nota-
rio, antequam procuratorium esset expe-
ditum: quia tunc non est quòd parti inti-
mare debeat cum nihil habeat: sicut de
contractu, qui nondum est perfectus dicit
Paul. in l. contractus. C. de fid. instr. & si notari-
us post reuocationem illi intimatam ex-
pediret, procuratorium nõ valeret, & pu-
niri deberet tanquam falsarius, quia pro-
curatorium reuocatum haberetur, ac si non
esset. arg. l. duo sunt Titii. ff. de test. iur. si ipse
expediret contractum, qui nunquam fuit
factus, falsi puniretur sic, & hic facit cap. ex
parte decani. de res. c. in nostra. de procu. & ibi
doct.

Quomodo debeat ista intimatio fieri, ex
his quæ scripsi in tract. no. q. 14. decidere po-
teritis. Ista precor boni consulite, quia vti-
lissima, & non bene hæcenus elucidata.

*De firma & irreuocabili Concorda-
torum stabilitate.*

*Hæc conuentio Bononiæ facta vult inuolabi-
liter obseruari, vim contractus, & obligationis
inter conuenientes habere, & non posse in ali-
quo etiam per Papam his derogari, & in con-
trarium facta irrita decernit.*

T quia & ad supradictam
concordiam cum præfa-
to Francisco rege ob illi-
us sinceram deuotionem
quam erga nos & sedem prædictam
habet, quæ ad præstandam no-
bis reuerentiam, & filialem obe-
dientiam, ad ciuitatem nostram
Bononiæ personaliter venire di-
gnatus est, consentimus, illamq;
inuolabiliter obseruari desidera-
mus: illam verò contractus & ob-
ligationis inter nos & sedem apo-
stolicam prædictam ex vna: & præ-
fatam Regem & regnum suum ex
altera partibus legitimè initi, vim

& robur obtinere, ac illi & præ-
sentibus in aliqua sui parte, per
quascūq; literas, & gratias per nos
& successores nostros de super cõ-
cedendas derogari, clausulamq;
cum earundem derogatione præ-
sentium tenore latissimè exten-
denda, ad quod eadem præsentis
literæ & earum tenor, pro expres-
sis habeantur in quibusuis suppli-
cationib; pro tempore signatis ap-
positam, nihil penitus operari, &
illius vigore in literis apostolicis
super ipsius supplicationib; confi-
ciendis, quicquam per quod præ-
sentib; aut alicui particulæ de cõ-
tentis in eis derogetur, seu dero-
gari videretur, narrari non possit. Et
sic per quoscūq; iudices & cõmis-

Et quia. Quatuor dicta ponit, ideo
quatuor habet partes. secunda, ibi,
volumus. tertia, ibi, & cum omni-
um. quarta, ibi, & nihilominus.

In 1. parte propter sinceram Franciæ
Regis deuotionem ad sedem Apostoli-
cam, quia venire dignatus est Bononiam
personaliter, ad præstandam reuerentiam
Papæ, concedit idem vt concordatum in-
uiuolabiliter obseruetur, id est, sine viola-
tione & corruptione. exponit glo. in §. iuram-
sacramenta. de pace tenenda & iuramento fir-
man. adeo vt hoc verbum inuolabiliter
tollat dispensationem in contrarium, vi-
delicet vt Papa non possit dispensare, nec
Rex. gl. & doct. in auth. sacramenta. C. si aduer-
vend. alioqui inuolabiliter non obserua-
rentur.

farios, etiam causarum dicti pa-
latii Apostolici auditores, & præ-
fata Romanæ Ecclesiæ cardina-
les, in quibusuis causis super præ-
missis, vel eorum aliquo pro tem-
pore

pore motis iudicari, definiri, & sententiam debere, sublata eis aliter sententiandi & definiendi omnimoda facultate & auctoritate. Necnon irritum & inane quicquid fecus super his, vel eorum aliquo à quoquam quavis auctoritate etiam per nos & successores nostros prefatos, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Secundo, in verisillam verò, vult istam concordiam habere vim contractus, & obligationis videlicet, ut utraque pars etiam obligetur, videlicet Papa & Rex ad observandum contenta in dictis concordatis, & sedes Apostolica & regnum Francie, & quando constitutiones transeunt in contractum, reuocari non possunt. *teste Bar in l. h. qui. C. de excus. mun. lib. 10. Roma. cons. 372. queritur. col. 3. dixi plenè in prefat. ad rubr. de colla. supra. [Et sic fecit Deus, ut patet Exod. 24. c. videlicet promissiones suas subiicere contractui ut sic certiores redderet homines, quòd ipse promissa adimpleret, & ut ipsi arctius se obligatos ad exequendum præcepta eius agnoscerent.]*

Tertio, concordia ista facta est ibi inter Papam & sedem Apostolicam ex vna, & prefatum regem & regnum Francie ex altera, ergo vna pars sine alia non potest contra hanc concordiam venire, sicut facta venditione inter quatuor, vnus, sine tribus, nec quidem duo vel tres sine communi concordia à venditione resiliere possunt. *l. 1. §. seq. C. quando lic. ab emp. dist. 8. & ex hoc text. sumpsi initium concordatorum.*

[Quarto, vis ac robur præstitit Papa is concordatis, ut legislator solet suis legibus. *§. pen. in proem. instit. ibi, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus, & constitutiones de rebus ecclesie factas, quamuis vtilis, nullam obtinent roboris firmitatem, nisi à Papa, vel à sede fuerint approbata. ca. dist. 19. ecclesia. de const. ideo hic Papa his conuentis robur*

præstitit.]

Quinto, statuit, ut illis non possit derogari, etiam in aliqua sui parte, & sic nec in toto, nec in minimo quidem, hoc significat verbum aliqua. *per gloss. in cl. vna. de foro. comp. v. plenè scripsi in interpr. auct. habita. Cod. ne filius pro patre, post scholast. privileg. nec expressè, nec tacite, nec per quascunq; literas, siue gratiæ, siue iustitiæ, & sic nec per indulta, etsi concedantur, non debent verificari, seu ut dicunt practici interinari, quia non valent. [Nec per eas potest derogari his concordatis, siue ut nominati excludantur, siue ut alii impetrantes præferantur ipsis, nisi sint madatarii, qui in rub. de manda. supra excepti sunt, & ideo vides annullari omnes literas contra hic statuta impetratas, & impetrandas.] ut hic dicitur: & ideo literæ, quæ dantur ut causæ aliquorum in magno consilio decidantur, & non alibi, periclitantur per istum tex. quia cõtra hæc concordata, & maxime cõtra rub. de cau. imo fuit quædam ordinatio publicata in parlamento 1389. die 15. Aug. per quam rex prohibeat aduocatis, & procuratoribus, & aliis, ne literas impetrarēt regias in præiudiciu ordinatiõnũ regiarum, & si impetrarent, voluit, quod curia illis literis nõ obtineret, saltè à partibus impetratis, & clausis. *verrefert lo. Gallus in q. per arrepta. q. 15. vers. item fuit publicata, & in stylo parlam. arrest. 84.**

Sexto, hic tex. clausulam derogationis annullat, & nihil penitus operari voluit, ut habeantur pro expressis ista, quæ in his concordatis requiruntur, & ideo istis cõuentis non potest derogari, per ea quæ tradit Bart. *in l. si quis, in principio, ff. de leg. 3.*

Septimo, vult non posse quicquam narrari, per quod his concordatis derogatum velit, seu alicui particule, & sic tollit facultatem partibus, & ideo narratum in contrarium nil operabitur, nec valebit. *l. non dubium. C. de legibus ubi doctor.*

Octauo, vult iudices quoscunq; auditores etiam Rotæ & commissarios, & prefatæ Romanæ curiæ cardinales in quibuscunq; causis iudicare, & definire secundum hæc concordata, sublata facultate eis aliter definiendi & iudicandi, & sic patet quare graui

Licet impetrare cõtra ordinationes & concordata non valent.

Dr. ...

gravi pena afficiendi sunt iudices, qui contra conuenta hic iudicant, tanquam enim priuati sunt, nullam habentes iurisdictionem, cum sit eis remota facultas, & ideo tanquam fallarii sunt puniendi, puniuntur etiam aliis poenis descriptis in c. 1. *Super hoc. de re iud. in 6.* & in l. si filius. ff. de iud. & in rub. C. de pena iudicis qui male iud.

De clausula decreti irritantis, quid operetur

Ultimo, notanda est clausula decreti derogatoria ibi, nec non irritum & inane, ubi omnia contra haec concordata attentata, & facta a quoquam vult irrita esse, siue scienter, siue ignoranter fuerit attentatum. Et ideo haec clausula in omnibus articulis concordatorum censetur repetita, quare non bene dicunt quidam dicentes valere aliqua in contrarium gesta, cum haec clausula decreti respiciat omnia, & singula, vt patet ibi *super his, vel eoru aliquo. acerf. nec non.* & quando clausula decreti in constitutione, vel actu apponitur, si contrarium fiat, pro infecto habetur. *c. ad petitionem. de accusa. gl. in clem. 1. de immu. eccl. facit l. 1. ibi. nullius momenti. ff. de feris. text. in §. vlt. in fi. 4. dist. quia haec clausula etiam ligat manus Papae. Domi. per illum text. in c. quodam. in fin. de prebend. in 6. Et si superior confirmat statuta, vel consuetudines inferioris, apponendo clausulam decreti, quod inferior postea non potest illa declarare, dicit Bald. in cap. ea que. de re iud. in l. ex facto. ff. de vulg. vide plenè Barba. in clem. 1. col. 3. de elect. dixi multa in c. dilecto. de preben. per illum text. vbi etiam docto. tractant de hac clausula decreti, quando est posita in commodum*

partium, an partes possint eam tollere. Fel. in c. cum accessissent. num. 7. de constit. Angel. in §. triplici. colum. 2. in fin. de actio. in l. non dubium. colum. 4. de legib. Cod. Plus dicit Barba. in clem. 1. colum. 9. de elect. quod si Papa concesserit, quòd abbas non possit conferre beneficium regulare clericis secularibus & apposuit decretum, si postea abbas conferat secularibus tempore longissimo, non orietur consuetudo, nec praescriptio propter appositionem decreti, licet aliàs oriatur, vt est casus sing. in c. cum de beneficio. de prebend. in 6. vbi Arc. quod not. ad limitationem illius text.

Statuit vt si rex ista concordata non approbauerit intra sex menses, & a praelatis curisque parlamentorum acceptari, legi, & publicari non fecerit, acceptationem, publicationemque ad Papam non transmiserit, ac legi & obseruari inuoluntate in regno non fecerit, cassa & irrita ferri.

§. Volumus & autem quod si praefatus Rex praesentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, quae in prima futura sessione praesentis concilii Lateranensi approbati & confirmari facere promittimus, infra sex menses a die approbationis & confirmationis huiusmodi computandos non approbauerit, & ratificauerit, & ea perpetuis futuris temporibus in regno suo, & omnibus aliis locis & dominiis dicti regni per omnes praelatos, & alias etiam ecclesiasticas personas, ac curias Parlamenti, acceptari, legi, publicari, iurari, & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & registratione praedictis, infra praedictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas, aut authenticas scripturas nobis non transmiserit, aut nuncio nostro apud regem existentem per eum ad nos mittendas non consignauerit, & deinde singulis annis etiam legi (prout alia ipsius Francisci Regis constitutiones, & ordinationes, quae in viridi sunt obseruantia, obseruari debent) inuoluntate obseruari

observari cum effectu non fecerit presentes literæ, & inde secuta quacunque sint casta & nulla, nulliusque roboris vel momenti.

a §. *Voluntas*. Notandum est quod lex, constitutio, siue edictum debet legi, recitari, & publicari, acceptari & registrari in Senatu, alioqui non ligat, *ubi, & l. cum hi in prin. ibi, in Senatu recitata. ff. de transact. l. lecta. in auditorio. si cer. pet. dixi plenè in reper. l. vnica. not. vlt. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest profer. & in l. in rubus. in fin. C. de iure dot. scribitur quod septies fuit recitata in nouo consistorio palatii Iusti. etiam constitutio debet in scholis publicè legi. §. hęc autem. in proœnio digestorum. Ideo his commotus, has constitutiones publicè in scholis Paris. decretorum magnis interpretari hoc anno 1535. cœpi, & volanti calamo hæc scripsi, quæ si longa digestionè decocta fuissent, forsan vtiliora forent, at cum nostris auditoribus nihil negare possem, nec vellem, ista (etsi abortiua) illis euulgare non erubui, in posterum subtiliora, & (vt spero) meliora quotidie mihi occurrentia, iis addenda decreui. Interim tam voluntatem sinceram, quam operam gratanter oblatam æquo animo suscipite, & hos voluntarios labores ex tempore editos excusatos facite.*

Si voluissem materias dilatare, in immensum creuisset opus nostrum, ob id coratere illud cum his volui, quæso vos boni æquique consulite, & in eo in quo ista concordata intra sex menses debent ratificari derogatur, in rub. seq. videte, ibi.

Statuta, & consuetudines regni Francie contra ecclesiasticam libertatem, vel sedis apostolicæ auctoritatem Papa non approbat, cum illorum notitiam non habeat.

Et quum omnium a quæ in regno Delphinatu, & comitatu prædictis aguntur, notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu vsus, libertati ecclesiasticæ &

authoritati sedis Apostolicæ, quomodolibet præiudicantia, si qua in regno Delphinatu, & Comitatu prædictis aliàs quam in præmissis existant, non intendimus nobis & eiusdem sedi in aliquo præiudicare, seu illa tacitè vel expressè quomodolibet approbare.

Mandat regi Francorum, vt hæc concordata per se, vel alios publicari & inuolabiliter obseruari faciat, contraditores compescendo, non obstant. quibuscumque in contrarium adductis.

Et nihilominus præfato Francisco, & pro tempore existenti Francorum Regi, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus per se vel per alium, seu alios in dignitate, ecclesiastica constitutos, presentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, quando & quoties opus fuerit, publicari, & ea inuolabiliter obseruari faciat. Contraditores, cuiuscunque dignitatis & præemiuentiæ fuerint, per censuras ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, aliaque iuris & facti quæuis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel diuim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint: per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

MMmm

Quo tempore fuerunt concordata Parisius interpretata.

a §. *Et cum omnium.*) Not. non valere consuetudines seu ordinationes, vel statuta libertati ecclesiasticae & auctoritati sedis Apostolicae quomodolibet praedictantia. *auth. cassa. C. de sacros. eccl. & infra dicam,* nec Papa intendit illa approbare expressè, nec tacite, licet quandoque patientia habeat vim approbationis. *c. luevas. de suppl. neg. praela.* Tamen ad tollendum istud dubium, Papa hic protestatur, quod non intendit approbare: imò etiam si hoc non protestaretur Papa, tamen adhuc confirmando omnia statuta, non videtur confirmare, ea quae sunt contra libertatem ecclesiasticam. *Bal. & las. in l. omnes. col. 8. n. 30. ff. de iust. & iur. possit tamen si vellet ea confirmare. secundum las. ibi, alleg. Innoc. in c. 1. de transa. Bal. in l. ius civile. in ff. de iust. & iur. Alex. in conf. 209. statutis. col. 2. vol. 2. quod non firmo per multa quae alibi scripti.*

Quae sunt statuta praedictantia libertati ecclesiasticae.

Quero quae sint statuta praedictantia libertati ecclesiasticae, seu consuetudines, vel usus? Resp. illa quae sunt contra privilegia concessa ecclesiis, vel ecclesiasticis, personis, à quocunque fuerint concessa, siue tollant ea, siue diminuunt, siue timidiore clericos reddant. *not. in cap. ecclesia. de const. au. b. cassa. & ibi doct. C. de sacros. eccl. Inn. & alii in c. nouerint. & c. grauem. de sent. exco. Bart. in l. cum cōs. col. 8. & seq. C. de sum. Trinit. plenè Barb. in repet. rub. de reb. eccl. non alien. col. 30. ver. 3. h. e. suano. nu. 167. cum seq. plenè profertur Roch. Cur. in rep. c. si. col. 74. cum seq. ver. 5. sic conclusio. de consuetud. Et qui Romanae Ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in haeresim labitur. *tex. in cap. omnes. 22. distin. multa tradit Io. Luppis in tract. de libertate ecclesiastica in 2. parte. q. 10. Ego ipse addidi plura ad auth. cassa. & alibi plena manu scripti, quae referuo alio, & tempore & loco euulganda.**

Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, suspensionis, astrictiois, declarationis,

praedicti, iniunctionis, monitionis, inuocationis, consensus, decreti, voluntatis, permissionis, & mandati infringere, vel ei aulū temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis Domini 1516. 15. Calend. Septembris, pontif. nostri anno quarto.

a *Nulli.*) De materia huius §. dicitur infra de protectione concordatorum.

De conclusione Lateran. concilii.

Concordata edita fuerunt, ut in sancta ecclesia perpetua charitas, & pax inuoluta perdurent, & si qua membra dissentiant, reunantur corpori, ob id illa Papa cum matris concilio Lateranensi deliberatione approbat, ea tamen lege, ut intra sex menses apprehentur à prelati regni, in eorum publico cur, legantur, acceptentur, & obseruentur, alias irrita decernit.

Nosigitur a ut literae ipsae, quae ob id praecipue editae fuerunt, ut in corpore mystico, sancta videlicet Ecclesia, perpetua charitas & pax inuoluta perdurent, & si qua membra dissentiant, ea commode reuniantur corpori, eo magis obseruentur quo elarius consiterit ipsas literas, ca matuta & salubri deliberatione, à nobis (dicto sacro Lateranensi approbante concilio) approbatas, & innouatas, qua statuta & ordinata fuerunt, licet ad eandem literarum substantiam